

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Dialogorum sacrorum Libri Quatuor**

**Châteillon, Sébastien**

**Basileae, 1565**

Abrahamus

**urn:nbn:de:bsz:31-102436**

14. DIALOG. SACRORVM

Piorum uinitus salutaris. In gratiam horum differtur impiorum supplicium.

re indulgēto tibi, ut non evertam istud oppidum: Cōfer te illō. neq; enim licet mihi facere quicquā, quā tu eō perueneris.

SENTENTIA.

Deus uersatur cum pijs, eisq; patofacit ar cana sua, & eos remuneratur & tuetur. Ma uult Deus ut innumerabiles impij uiuant, quā ut uel unus pius unā cum illis pereat: Maior est Dei in unum piū amor, quā in omnes impios odium, quem quidem eius a morem debent imitari pijs.

ABRAHAMVS. Gen. 22.

ARGVMENTVM.

Abrahamus, iussu Dei, filium suum Isaacū uult immolare. Deinde prohibente Deo, immolat arietem.

Abrahamus, Isaacus, Genius.

I Am teruum diem iter facimus, & uideo uiderē procul locum destinatum sacrificio. uos hic operimini unā cum asino, dum ego & puer imus illuc, ut adoremus Deum, postea redituri ad uos. Tu Isaac portabis hęc ligna ad comburendam hostiā, ego seram ignem & cultrum. Eamus. I s. Mi pater. A. Quid uis, fili mi? I s. Hic quidem est ignis & ligna, sed ubi est agnus immolandus? A. Deus providebit ipse sibi agnum in sacrificium, fili: nos interea pergamus. Ecce uenimus in locum, quem Deus dicebat mihi. Construamus hic aram. Recte est.

Thomi-  
berita  
interdū  
e, sed ci  
mendā-  
enim.

L  
disponimus li  
aliquo, maclen  
mo maximo, ch  
Pater, si ita e  
Abiq; parere in  
mens, cuius est in  
quāto hanc b  
uerra. o. Abr  
uocati e. Can  
uelas. Iam e  
pigo & pietas, q  
p. q. unico.  
uic ne arietem i  
uaref. uicet sp  
in nūmā.  
s i  
Nihil tam di  
pōit, qui cred  
uauerat.  
E P I  
A R G  
Abrahamus  
et Isaacum  
Abraham  
Eo sum pere  
tel. Quare tr  
uauerat uisum, ut

est: disponamus lignum. Nunc mi fili, oportet ut te colligem, mactemq; quando ita uisum est Deo optimo maximo, cuius uoluntati resistere nefas est.

**I.** Mi Pater, si ita certum est Deo, fiat. Nam didici, ei, tibiq; parere in rebus omnibus. **A.** Pater omnipotens, cuius est imperare, obsequor tuis iussis: tibiq; macto hanc hostiam, hoc cultro, mea ipsius dextera. **G.** Abraham, Abraham. **A.** Quis me uocat? **G.** Caue ne afferas manum puero, caue ne ledas. Iam enim mihi satis perspecta est tua religio & pietas, qui propter me non peperceris filio, eiq; unico. **A.** Hem quid hoc rei est? Sed uideo ne arietem in dumo haerentem cornibus? Salua res est. uiuet Isaac: haec mactabitur gratior Deo uictima.

## SENTENTIA.

Nihil tam difficile aut durum est, quin id possit, qui credit. Deus suorum pietatem remuneratur.

EPHRON. Gen. 23.

## ARGUMENTVM.

Abrahamus mercatur ab Hettæis fundum, ad sepulturam Sarę uxoris suę.

Abrahamus, Hettæi, Ephron.

**E**go sum peregrinus & aduena inter uos, Hettæi. Quare tribuite mihi possessio[n]em sepulture inter uestras, ubi sepeliā[m] Sarā[m] meā[m].

*Be*  
b Deo uolunt  
tas pro fra-  
ctio est.